

hiare bonis: sed insuper suis unicuique
conservandis bonis, fidelem operam
impendamus.

Mens hæc est Legislatoris.

Audi v. 1. & 2.

Non igitur crudeles opes & ex aliorum sangui-
ne expressas cumulare contenda-
mus.

Nec à Domino nobis liberaliter concessas dila-
pidemus: sed in Dei honorem &
proximi indigentia collocemus
& verè pauperibus erogemus.

Sic scopum legis hujus consequemur: Deo
& hominibus cari fuerimus: sic
tranquillè hic & illic beatè æter-
num cum Christo & Patriarchis,
omnibusque, qui bonis à Deo si-
bi concessis rectè usi sunt vixeri-
mus: tum verè ditati cælestibus
bonis fuerimus beati.

Quod fiet blanda illa voce pronunciatâ
Matth. 25, 23.

DOMINICA XLV.

Ex Quæst. 112.

CANDIDE SEMPER
agendum.

TEXTUS Joh. 8, 44. & seq.

Vers. 44. Vos ex patre Diabolo estis, & cupidi-
tates patris vestri vultis exsequi. Ille fuit

Vuu 2